

Vd

3373





2. 14. 27

V
3373

O D E
IN EXEQVIIS
DIVI
FRIDERICI CHRISTIANI
IN AEDE PAVLINA
ACADEMIAE LIPSIENSIS
A CHORO MVSICO
CANTATA.



LIPSAE DIE VI. FEBRVRII MDCCLXIV.

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄT
HALLE
(SALE)



ODE
IN EXEQUIIS
DIVI
FRIDERICI CHRISTIANI


IN ANNO 1752
ACADEMIAE LIPSIBENSIS
A CHORO MUSICO
CANATA



FRIDERICUS DE BERGAVIA MDCCLII

IN THEATRO ANTIQVO MD





Infausta tellus illacrymantium,
Quos fata iungunt tristia, civium!
Quousque nostram luctuosae
Concutient requiem ruinae?

Quae lege facit mors adamantina,
Immane monstrum, funera Principum
Denfare gaudet, civiumque
Luctibus accumulare luctus,

Irata nobis parcite, parcite.
Saeuimque fulmen condite numina,
Quod fluctuantem duplicato
Saxoniam tremefecit ictu.

O si nefastus funere Principis
Nunquam sub auras prodierit dies,
Qui CHRISTIANVM extinxit astrum,
Saxonico rutilans Olympo!

Imo querelas rumpite pectore,
Sic fata poscunt anxia, subditi,
Vt lacrymarum rore largo
Sacra Patris madefiat vna,

Erumpit, eheu! flebilis vrbium
Placius sub auras, et iuga montium
Lamenta ciuis, coniugato
Ingeminata dolore, reddunt;

Gens fida Manes: reddite Principem
Dignum coronis pluribus, obsecrat;
Vultuque desperante votis
Stat, stupet et reprimit querelas.



O gens stuporem pelle procul, procul,
Afflicta, et altum rumpe silentium,
Exasperatos dic dolores,
Sepositos iteraque questus!

Nec dis amicum est, nec populi fide
Intaminata et moribus integris
Dignum, repressos pro paterno
Principe dissimulare fletus.

Heu! quam, futuri credula spes boni,
Splendente nostras luit imagine
Mentes! ut ostensae rapina
Properitatis acerbiorem

Reddat dolorem. Pieridum cohors
Sibi, sub alis Principis Optimi,
Iam moliebantur trophaea,
Quae ruerent grauiore lapsu.

At fata nostrum, quis potius fletat
Infausta, caues: ex otutu Paris
Communis est commune damnum
Omnibus, atque pares dolores.

Ad TE, feueris obruta fluctibus,
AVGVSTE, Princeps, gens TVA confugit,
TV CHRISTIANI mens superstes,
TV Patris es rediitua virtus.

O, cresce tanto sub DVCE PRINCIPE!
Et, dante fidam MATRE PIA manum,
Exsurge longaeuus in annos
Lux populi, patriaeque Phoebus!



Pon Vd 3373, Fk

✓

VD-18

ULB Halle 3
005 370 124





6.17.27

Vd
3373

O D E
 I N E X E Q V I I S
 D I V I
FRIDERICI CHRISTIANI
 I N A E D E P A V L I N A
 A C A D E M I A E L I P S I E N S I S
 A C H O R O M V S I C O
 C A N T A T A .



L. FEBRVARIJ MDCCLXIV.

NA LANGENHEMIA.


 BIBLIOTHECA
 ANTONICAVIANA

